5

SAC. RITUUM CONGREGATIONE

Emo, & Rmo Domino Cardinali

JO: FRANCISCO ALBANI

EPISCOPO SABINENSI

VALENTINA

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVÆ DEI

JOSEPHÆ MARIÆ A' SANCTA AGNETE

Monialis Professæ in Monasterio Purissimæ
Concæptionis B. M. V. Ordinis
Excalceatarum S. Augustini
Villæ de Beniganim,

POSITIO

SUPER DUBIO

An constet de Validitate, & Relevantia Processus in Civitate, & Diœcesi Valentina Apostolica Auctoritate constructi super Fama Sanctitatis, Virtutum, & Miraculorum in genere prædictæ Ven. SERVÆ DEI, *in casu, & ad effectum &c.*

ROMÆ M.DCC.LXIX.

Ex Typographia Rev. Cameræ Apostolicæ.

VALENTINA

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVÆ DEI

JOSEPHÆ MARIÆ A' SANCTA AGNETE

Monialis Professæ in Monasterio Purissimæ Concæptionis B. M. V. Ordinis Excalceatarum S. Augustini Villæ de Beniganim.

INFORMATIO

SUPER DUBIO

An constet de Validitate, & Relevantia Processus in Civitate, & Diæcesi Valentina Apostolica Authoritate constructi super Fama Sanctitatis, Virtutum, & Miraculorum in genere prædictæ Ven. SERVÆ DEI, *in casu, & ad effectum &c.*

Eme, & Rme Dne.

1 POSTQUAM placuit Altissimo ad cælestia Regna vocare fidissimam Ancillam suam Virtutum, ac Miraculorum cumulo, necnon Miraculorum gloria illustrem Ven. Sor. Josepham Mariam a S. Agnete vulgò Ynes de Beniganim Sanctimonialem professam in Monasterio purissimæ Concæptionis Beatæ Mariæ Virginis Ordinis Excalceatarum S. Augustini d. Villæ de Beniganim; fama illius Sanctitatis, quæ ipsa vivente, nedum in toto Valentiæ Regno, verum etiam in finitimis, & longinquis Provinciis, & Regionibus longe, lateque personabat, adeò mirum in modum increbuit, ut inde permotus Reverendissimus Archiepiscopus Valentinus auctoritate sua ordinaria Processum construere

deliberaverit, tum super fama Sanctitatis vitæ virtutum, atque Miraculorum laudatæ Servæ Dei, qui informativus dicitur, tum etiam alterum super cultu eidem non exhibito.

2 Præsentatis postmodum binis hisce præindicatis Processibus in actis Sacræ Rituum Congregationis, ac servatis servandis apertis, locus factus est discussioni Dubii super Introductione Causæ, quo proposito, & favorabiliter resoluto, signata fuit a San. Mem. Clemente XIII. Commissio Introductionis præsentis Causæ, quæ per extensum legitur *præsenti Summario num. primo* §. 2.. In sequelam autem hujusce Commissionis examini successive subactus est prædictus alter Processus ab Ordinario compilatus super cultu Ven. nostræ Christi Ancillæ non exhibito; & sicuti Sacræ huic Congregationi placuit pro confirmatione Sententiæ super eodem non cultu latæ respondere *sub die 20. Martii* 1762., ut ex Decreto quod datur *eodem Summario citato num. primo* §.4.; ita libera, aperta remansit via Postulatoribus instandi pro concessione litterarum remissorialium ad construendum Processum super inquisitione generali Virtutum, & Miraculorum præfatæ Ven. Servæ Dei præscripta in Urbani Decretis, cumque hæc feliciter jam absoluta fuerit, & Processus super eadem confectus ad Urbem jam remissus, & servatis servandis apertus fuerit, cumque jam ab hac Sacra Congregatione examinata fuerint scripta ejusdem Ven., necnon Processiculus diligentiarum pro eis reperiendis exactissime peractarum juxta instructionem R. P. D. Fidei Promotoris, & rescriptum prodierit *procedi posse ad ulteriora*, ut constat ex Decreto edito *sub die 15. Decembris prædicti Anni* 1762., quod datur in manibus Eminentissimi Relatoris; proponitur in hodierna Congregatione Ordinaria absque interventu Consultorum, ex benigna dispensatione Sanctissimi, de qua pariter testari dignabitur dictus Emmentissimus Relator, cui originaliter traditur, præinsertum dubium *affirmative in omnibus* omnino resolvendum, attenta tum validitate Actorum ejusdem Processus tum relevantia probationum in eo receptarum, prout ex mox breviter recensendis patebit.

De Validitate.

3 Ex accurata hujus Processus revolutione manifestissime apparet Dominos Judices delegatos in illius compilatione nullam penitus ex formalitatibus, ac solemnitatibus sibi in Remissoria præscriptis omisisse, tum respectu legitimæ constructionis Actorum, tum ritualis Testium examinis. Et quidem primo pro eo, quod spectat ad ACTORUM STRUCTURAM, habetur, quod perventis ad Urbem Valentinam supra enunciatis Sacræ Congregationis litteris, Illustrissimus Dominus Petrus Ludovicus Sanchez a Consiliis Regis, Valentini

lentini Regii Senatus Secretarius, atque Decurio Civitatis Valentinæ, Procurator in Causa legitime constitutus comparuit coram Reverendissimo Archiepiscopo Valentino, ejusque Domino Vicario Generali, atque docens de suo mandato Procuræ de quo *Summario num.2.* eisdem exhibuit ipsarum litterarum plicum clausum, & obsignatum, institique, ut ad executionem Apostolicæ Commissionis procedere dignarentur. Audita hujusmodi instantia idem Reverendissimus Archiepiscopus citari mandavit Promotorem Fiscalem suæ Ecclesiasticæ Curiæ ad interessendum electioni quatuor Canonicorum suæ Cathedralis in Conjudices ad formam extrinsecæ inscriptionis ejusdem Plici, aliisque actis in vim dictæ Apostolicæ Commissionis peragendis *Process. fol. 6.*, *& seqq.*

4 Adveniente postmodum die in supradicta Citatione designata, ad instantiam Procuratoris Causæ, idem Reverendissimus Archiepiscopus primo loco deputavit quatuor Dignitates, & respective Canonicos prædictæ suæ Cathedralis Ecclesiæ in Conjudices, & Condelegatos; iique statim sese promptos, & paratos exhibentes debitæ executioni demandare, quæ sibi a Sacra Congregatione in præfatis litteris præscripta fuerant post exhibitum per unumquemque ex eis titulum propriæ Dignitatis, aut Canonicatus, earumdem Litterarum Plicum diligenter recognoverunt, attenteque perlustrarunt; eoque integro, nullaque in parte vitiato reperto, aperiri, atque perlegi mandarunt, prout statim, & incontinenti expletum fuit; auditoque earumdem tenore jurisdictionem sibi delegatam omnes solemniter acceptarunt, seseque Judices competentes declararunt, ac deinde primo Reverendissimus Archiepiscopus, & successive unusquisque ex eis juramentum seorsim, & separatim præstitit tam de suo munere fideliter, & exacte explendo; quam de secreto servando juxta formulam in ipsis Sacræ Congregationis litteris insertam *Proc. fol. 15. & seqq.* Præsentato pariter altero Plico R.P. D. Fidei Promotoris, iidem Domini Judices ad formam extrinsecæ ipsius inscriptionis præsente supradicto Domino Promotore Fiscali elegerunt Excellentissimum, & Admodum Rev. Dominum D. Joachimum Gombau Sacerdotem Juris utriusque Doctorem in alterum Fidei Sub-Promotorem, atque tandem aperta, & perlecta præfata Epistola R. P. D. Fidei Promotoris, statim per utrumque Fidei Sub-Promotorem acceptato prius munere sibi commisso, præstitoque juramento ab unoquoque ex eis separatim de eodem fideliter, & exacte explendo, & de secreto servando de mandato Dominorum Judicum traditus eis fuit Plicus Interrogatoriorum clausus, & obsignatus caute custodiendus *Proc. fol. 23. ter. & seqq.*

5 Ad instantiam denique Causæ Procuratoris in Actuarium Processus deputarunt Dominum Ignatium Avinent Notarium Apostolica Auctoritate creatum, qui de sui deputatione monitus, prævia exhibitione privilegii sui Notariatus

Apo-

Apostolici, ac sibi commissi muneris acceptatione, juramentum pariter de eo fideliter, & exacte explendo, deque secreto servando præstitit, de quo se rogavit alter Notarius Auctoritate pari Apostolica creatus, cui subinde iidem Domini Judices demandarunt omnia hucusque gesta, & producta ab ipso recepta, præfato Notario Actuario, ut supra deputato consignari *Proc. fol.* 28. *& seq.* Deputarunt insuper iidem Domini Judices quatuor Nuntios Archiepiscopalis Curiæ in Cursores pro exequendis Citationibus eisque similiter post sibi commissi muneris acceptationem juramentum de eo fideliter exequendo detulerunt *Proc. fol.* 29. *& seq.* Atque rursus loca tam pro audientiis, & actis publicis, quam pro juramentis, & examinibus Testium in Villa de Beniganim recipiendis deputarunt, necnon dies omnes juridicos non festivos, horasque pro sessionibus habendis destinarunt in omnibus, & per omnia juxta formam sibi præscriptam in sæpe citatis Sacræ Congregationis Litteris: atque demum ad iteratam ejusdem Procuratoris instantiam aliam Citationem expediri mandarunt contra Fidei Subpromotores ad dicendum contra jura, & articulos productos &c. *Proc. fol.* 30., *& seq.*

6 In hujus citationis termino facta per Procuratorem Causæ repetitione omnium jurium ut supra productorum, & in specie articulorum in calce Litterarum Remissorialium registratorum, idem exhibuit Notulam Testium examinandorum cum specificatione nominum, & cognominum eorumdem, atque materiarum super quibus erant examinandi, necnon produxit Licentias pro Testibus Regularibus ab eorum respectivis Superioribus concessas, ut sese juramento, & examini subiicere possent, instititque prædicta omnia admitti, atque ad ulteriora mandari procedi *Proc. fol.* 158. *ter. & seq.* Audita hujusmodi instantia statim Subpromotor protestatus fuit non esse ad ulteriora procedendum nisi delato prius Procuratori Causæ juramento Calumniæ, Dominique Judices hujusmodi inhærendo protestationi illico mandarunt dictum Juramentum per Causæ Procuratorem præstari, ut statim, & in continenti in eorum manibus præstitit, *Proc. fol.* 160. *& seq.* deindeque, prævia supradictorum omnium Jurium, Articulorum, & Testium admissione, destinarunt diem, & horam sese transferendi cum toto Tribunali ad Villam de Beniganim pro recipiendis juramentis, & examinibus Testium in supradicta Notula descriptorum ibidem commorantium *Proc. fol.* 161. *& seqq.*

7 Cum vero hoc interim quo ista in partibus exequebantur vigilantissimus Postulator Causæ hic in Urbe constitutus humillime SS. supplicaverit, ut attenta qualitate Notarii Actuarii ad constructionem hujus Processus deputati, ejusque nimis provecta ætate, & difficultate ad scribendum concedere dignaretur facultatem Reverendissimo Archiepiscopo Valentino deputandi alium Notarium Apostolica Auctoritate creatum, qui prædictum Actuarium adjuvare posset in conscri-

scribendis hujusmodi Processus actis, Sanctitas Sua hujusmodi petitioni benigne annuens per organum Sac. Rit. Congregationis decrevit, per dictum Reverendissimum Archiepiscopum deputari posse petitum alterum Notarium ad conscribenda præfata Processus acta, & depositiones Testium in eo recipiendas cum clausula tamen, quod præfatus Actuarius jam deputatus hujusmodi electioni suum assensum præstaret, eoque semper præsente, & assistente acta omnia, & depositiones Testium reciperentur; atque de omnibus se ipsum rogaret, prout constat ex Decreto quod datur *Summ. cit. num.* 1. *Litt. A.* Transmisso itaque quam citissime hujusmodi Decreto ad Civitatem Valentinam, eoque statim per Causæ Procuratorem coram Judicibus præsentato Reverendissimus Archiepiscopus in vim facultatis sibi in eodem Decreto specialiter tributæ, præsente, & expresse consentiente Domino Ignatio Avinènt Notario ut supra in Actuarium deputato, elegit Dominum Josephum Palomas Notarium pariter Apostolica Auctoritate creatum in Scribam Actorum, & depositionum Testium in hoc Processu recipiendorum ad formam sæpedicti Decreti, eique statim post exhibitionem, & productionem Privilegii sui Notariatus Apostolici, & sui muneris acceptationem, juramentum detulit de eo fideliter & exacte expedendo, & secreto servando *Proc. fol.* 169., *& seqq.*

8 His præhabitis, & perventis ad Villam de Beniganim Reverendissimis Dominis Vicario Generali, & tribus ex Conjudicibus delegatis una cum altero ex Sub-Promotoribus, nec non Notariis Actuario, & alio in Scribam ut supra deputato, atque uno ex Cursoribus, ut supra pariter deputatis, iidem Domini Judices ad Procuratoris instantiam destinatis iterùm locis, locorumque locis tam pro audientiis, quam pro juramentis, & examinibus Testium, opportunas Citationes contra ipsos Testes, & Sub-Promotores relaxarunt *Proc. fol.* 176., *& seqq.* Iisque executis, & reproductis in Locis Sacris respective destinatis Domini Judices præsente, ac protestante de more altero ex Fidei Sub-Promotoribus unicuique ex dd. Testibus seorsim, & separatim, tactisque Sacrosanctis Dei Evangeliis coram se positis juramentum detulerunt, tam de veritate dicenda, quam de secreto servando juxta formulam in eisdem Sac. Congregationis Litteris ad hunc effectum traditam *Proc. fol.* 181., *& seqq.* Successiveque in termino alterius Citationis ad instantiam pariter Procuratoris Causæ relaxatæ, & executæ tam contra unum ex præfatis Testibus ad sese examini subjiciendum, quam contra Sub-Promotorem ad interessendum, coram iisdem Dominis Judicibus delegatis præsente, atque excipiente de more altero ex Fidei Sub-Promotoribus incohatum fuit examen dicti primi Testis, reiterato prius per eumdem juramento, atque aperto in ipso examinis actu Plico Interrogatoriorum Reverendissimi D. Fidei Promotoris, illoque post absolutam sessionem una cum ipsa Testis deposi-

 tio-

tione iterum clauso, & obsignato, atque caute custodito, proùt in ipsis Sac. Congregationis Litteris præscriptum fuerat *Proc. fol.*239. *ter.*, *& seqq.*

9 Eodemque modo, iisdemque prorsus servatis formalitatibus, solemnitatibus, & cauthelis processum deinde fuit ad receptionem examinis reliquorum omnium Testium per Procuratorem Causæ, ut supra inductorum, *Proc. fol.* 258. *ad* 334. *terg.*; Donec facta per eumdem in Actis consueta declaratione se nolle alios Testes inducere, examinique subjicere, Domini Iudices delegati, ad instantiam alterius ex Fidei Sub-Promotoribus, duos alios Testes juxta præscriptum in eisdem Litteris remissorialibus ex eorum officio nominarunt, per Cursorem citari mandarunt, eisque juramentum in forma detulerunt, *Processf. fol.* 206. *terg.*, *& seqq.*, ac successive prævia reiteratione juramenti, servatisque adamussim iisdem omnibus formalitatibus, & cauthelis pro præcedentium Testium examine adhibitis examinarunt, *Process. fol.* 335. *ad* 362., prout fusius de his omnibus liquet *ex Summario Restrictivo Actorum ejusdem Processus*, quod in manibus R. P. D. Fidei Promotoris reverenter exhibemus.

10 Completo modo, quo supra examine cunctorum Testium tam a Procuratore Causæ inductorum, quàm ex officio vocatorum, iidem Domini Iudices regressi sunt ad Civitatem Valentinam cum toto Tribunali, & ibidem in consueto loco Audientiarum jam destinato comparuit coram eisdem Causæ Procurator, & cum ex præmissis nihil aliud superesset agendum pro integrali complemento Processus, iidem Domini Iudices delegati ad ejus instantiam, præviis opportunis Citationibus, illum aperiri, atque publicari, ejusque copiam, seu transumptum ad Sacram Congregationem transmittendum fieri decreverunt, *Process. fol.* 220. *terg.*, *& seq.*, ac præfatis Citationibus executis, & reproductis ad iteratam Procuratoris instantiam Domini Iudices delegati præsente, & assistente altero ex Fidei Sub-Promotoribus ad publicationem ejusdem Processus devenerunt, deindeque Dominum Thomam Appariciüm in Scriptorem deputarunt, eique prævia sui muneris acceptatione juramentum de fideliter transcribendo detulerunt, Actaque cuncta Originalia Processus per Notarium Actuarium eidem consignari mandarunt, *Proc. fol.*222., *& seqq.*

11 Reportata postmodum per præfatum Amanuensem deputatum dicta copia, seu transumpto Processus in manibus Dominorum Iudicum delegatorum una cum Actibus originalibus, iidem Domini Iudices ad instantiam prædicti Procuratoris Causæ, præsente, ac protestante altero ex Fidei Sub-Promotoribus, pro ejusdem Transumpti collatione peragenda deputarunt in Notarium Adiunctum Dominum Iosephum Gargallo Notarium publicum Apostolica pariter auctoritate creatum, eique prævia sui muneris acceptatione, atque repetitione Privilegii sui Notariatus Apostolici inter præliminaria Pro-

cessus Acta, de quibus ipse rogatus fuit, registrati, juramentum detulerunt de eodem munere fideliter, & exacte explendo, ac successive ipsius collationem coram se, & cum præsentia, & assistentia alterius ex Fidei Sub-Promotoribus, legitime prius citatis, incohari mandarunt, prout statim, & incontinenti per utrumque Notarium Actuarium nempe, & Adiunctum incohata fuit, atque in aliis sequentibus Sessionibus prosequuta usque ad finale illius complementum, *Process. fol.* 364., *& seqq.*; Eaque absoluta præfati ambo Notarii de eorumdem Dominorum Iudicum mandato consuetam in ejus calce fidem apposuerunt, eamdem collationem fuisse rite, ac fideliter peractam, ipsamque copiam, seu transumptum in omnibus, & per omnia cum Originali concordare; similemque fidem, seu declarationem præsente, & assentiente Fidei Sub-Promotore apposuerunt etiam ipsi Domini Iudices delegati, interponendo desuper eorum auctoritatem, & Decretum quodcumque super præmissis quomodolibet necessarium, & opportunum, *Process. fol.* 390. *terg.*, *& seqq.*

12 Denique pro finali adimplemento præscriptorum in ipsis Remissorialibus Sacræ Congregationis Litteris, iidem DD. Judices Delegati, post decretam clausuram actorum originalium, eorumque asportationem ad Archivium Archiepiscopale, Portitorem dictæ Copiæ, seu Transumpti elegerunt, delatoque eidem, prævia sibi commissi muneris acceptatione, consueto Juramento de fideliter asportando, seu transmittendo, idem Transumptum opportunis subscriptionibus, & legalitatibus prius ad intra munitum per Notarium Actuarium claudi, & Reverendissimi Archiepiscopi Signo ab extra obsignari mandarunt, quibus statim executis illud ita clausum, & obsignatum una cum ipsorum Litteris Responsivis præfato Portitori tradiderunt ad effectum Romam asportandi, sive transmittendi, ac in actis Sacræ hujus Congregationis exhibendi, prout fideliter, & exacte adimpletum extitit *Process. fol.* 392. *ter. ad finem*, *& fol.* 1., *& seqq.* ubi legitur Instrumentum separatum Clausuræ, & Consignationis hujus Processus; Et hæc sunt quæ respiciunt legitimam structuram actorum hujusce Processus, super qua nullam penitus, vel minimam difficultatem suboriri posse censemus.

13 Nullum pariter defectum quoad RITUALE TESTIUM EXAMEN notari posse arbitramur, cum non impari diligentia, ac sedulitate per eosdem DD. Judices delegatos receptum fuerit. Octo quippe in hoc Processu examinati fuerunt Testes, Sex nempe ad instantiam Postulatorum Causæ, aliique Duo ex Officio, atque ipsorum quilibet fuit prius legitimè inductus, deinde personaliter citatus, atque demum prævio juramento examinatus, uti liquet ex eorumdem Tabella data *præsenti Summario num.*3.; Constat insuper *ex supradicto Summario Restrictivo Actorum* R. P. D. Fidei Promotori tradito, quod idem juramentum nedum præsti-

tum

tum ab unoquoque Teste fuit ante examen, verum etiam reiteratum tam in actu incohationis dicti examinis, quam in qualibet subsequenti sessione ejusdem; Quod rursus eadem juramenta, & depositiones receptæ semper fuerunt in locis, locorumque locis Sacris, ac diebus, & horis ad hunc effectum prævie destinatis: Quod unicuique pariter ex præfatis examinibus interfuerunt semper Reverendissimi D.D. Vicarius Generalis, & tres ex DD. Conjudicibus delegatis in vim clausulæ in Litteris Remissorialibus appositæ, alterque ex Fidei Subpromotoribus; quodque in fine uniuscujusque sessionis iidem DD. Judices, & Subpromotor sese subscripserunt una cum Notario Actuario, ac Teste examinato: Constat ulterius quod Depositiones prædictorum omnium Testium receptæ ab unoquoque fuerunt secreto, & separatim, & quidem prius juxta omnia, & singula Interrogatoria per R. P. D. Fidei Promotorem ab Urbe transmissa, ac postea super Articulis pro parte Postulatorum Causæ productis: Liquet etiam, quod per eosdem DD. Judices delegatos exactissime servata fuit cauthela sibi in præfatis Litteris præcipue præscripta, aperiendi nempe in actu tantum examinis Involucrum Interrogatoriorum, ac depositionum Testium prævie receptarum & illud iterum claudendi in fine cujuslibet sessionis: Atque demum patet, quod post integraliter completum uniuscujusque Testis examen, fuit istud semper iisdem relectum, atque per eos ratificatum, & subscriptum, priusquam e loco examinis discederent. Ex quibus omnibus cum satis superque compertum habeatur DD. Judices delegatos tam respectu juridicæ actorum constructionis, quam respectu ritualis examinis Testium summam adhibuisse diligentiam, ne quid vel minimum prætermitteretur ex iis, quæ pro forma sibi præscripta fuerant in Litteris Remissorialibus, prout etiam ipsi testantur in eorum Litteris Responsivis ad hanc Sac. Congregationem, de quibus *Summ. n.4.*, hinc nulla prorsus nobis superest dubitandi ratio, quin Eminentissimi Patres Validitatem dicti Processus unanimi consensu sint approbaturi.

De Relevantia.

14 Constito ex huc usque dictis de Processus Validitate, ejusdem Relevantia, quæ tota versatur circa probationem Famæ Sanctitatis, & Miraculorum in genere nostræ Venerabilis Ancillæ Dei, de qua hic, & nunc unice, & stricte venit inquirendum juxta dispositionem Decretorum generalium a San. Mem. Urbano VIII. editorum, clarissime evincitur ex depositionibus prædictorum octo Testium formiter in eodem Processu examinatorum, quos omni fide dignos esse patet ex eorum personalibus qualitatibus cumulate descriptis in citata Tabella, de qua *Summ. dicto num. 3.*, & ex authentica attestatione DD. Judicum delegatorum legenda in dicta eorum Epistola responsiva *Summ. cit. num. 4.*, quique con-

concordi calculo probant, eamdem Famam nedum in vita, sed etiam in obitu, & post obitum ejusdem Venerabilis vere percelebrem, longe, lateque diffusam, perennem, constantem, & semper percrebescentem fuisse, ac a nemine impugnatam, aut contradictam, optimamque reddunt suæ scientiæ causam.

14 Ex illorum autem testimoniis luculenter in primis habetur, quod in Villa de Beniganim Diœcesis Valentinæ anno reparatæ salutis 1625. die 9. Februarii ex Aloysio Albingana, & Vincentia Gomar legitimis Conjugibus honestate, & Christiana Pietate præclaris orta est Venerabilis Dei Famula Sor. Josepha Maria a S. Agnete, sacrisque regenerationis aquis perfusa in Ecclesia Parochiali S. Michaelis Archangeli ejusdem Villæ, debitoque deinde tempore Sacro Chrismate confirmata, & ab ipsis teneris annis non obscura præbuit futuræ Sanctitatis indicia, optimamque educationem, morumque institutionem a piis Genitoribus recipiens, de virtute in virtutem non sine maxima omnium admiratione semper profecit. Crescente autem ætate Parentibus orbata post vitam sanctissime transactam in Domo Consanguinei, Divino inspirante Numine, in Monasterio Puræ Conceptionis Ord. Excalceatarum S. Augustini prædictæ Villæ recipi enixe petiit, & voti compos effecta in eo tandem solemnem emisit Professionem, atque in omni Christianarum virtutum genere indefesse ad obitum usque se exercuit, uti unanimiter deponunt iidem omnes Testes *Sum. num. 5. per tot.*

16 In quolibet suæ ætatis statu vitam adeo sanctam, & immaculatam duxit exactissime observando præcepta Dei, & Ecclesiæ, suique Instituti Regulas, & Constitutiones, atque Evangelica Consilia, tantoque spiritus fervore Animarum salutem, Deique gloriam zelavit, ut singularem pænes omne Personarum genus Sanctitatis Famam sibi comparaverit, sicuti testantur iidem Testes *Summ. num. 6. per tot.*

17 In omnibus insuper Christianis virtutibus adeo incessanter, & perfecte se exercuit, ut brevi cujuslibet heroicitatem attigerit, seque ipsam exemplar perfectionis, & bonorum operum præbuerit, non tantum Monialibus sociis, verum etiam aliis, qui ejus familiari conversatione frui meruerunt. Mirifice præsertim inter cætera virtutum insignia excelluit in ea sublimis Fides, viva Spes, ferventissima in Deum, & Proximum Charitas, nec non singularis Justitia, summa Prudentia, invicta Patientia, ac eximia Temperantia, aliæque omnes adnexæ, in quibus indefesse ad extremum usque spiritum in sublimi quidem gradu sese exercuit, & signanter in assidua Oratione, & rerum Divinarum contemplatione, frequentissimisque Pænitentiis, austeritatibus, corporisque macerationibus, prout in genere deponunt præfati Testes *Summ. num. 7. per tot.*

18 Heroicas has dilectæ Ancillæ suæ virtutes miro, plurium donorum supernaturalium, cælestiumque charismatum splendore Altissimus condecorare non destitit, & præcipue do-

donis prophetiæ, ſcrutationis cordium, diſcretionis ſpirituum, aliiſque pluribus, de quibus pariter in genere juxta præſentis inſpectionis exigentiam deponunt prædicti omnes Teſtes, qui pariter innuunt gratia Miraculorum à dilecto Sponſo ſuo fuiſſe cohoneſtatem, ſanitatem paſſim impetrando infirmis, aliaque mirabilia operando in utilitatem Fidelium, pro quibus preces Deo fundebat; eaque vera Dona ſupernaturalia, veraque Miracula reputata fuiſſe ab omnibus præſertim viris doctis, & prudentibus, ſupra relati Teſtes optimam cauſam ſcientiæ reddentes comprobant *Summ. n.8. per tot.*

19 Atque hinc ortum duxit celeberrima illa ſanctimoniæ fama, quam dum in humanis verſaretur pænes omne perſonarum genus ſibi conciliavit, quæque cum omnibus ſuis requiſitis luculentiſſime probatur à Teſtibus datis *in Summario num.9.* Ea quippe non fuit vanus Populi rumor, qui brevi durat, non in paucis, nec in uno tantum loco viguit, multoque minus originem habuit a perſonis ſuſpectis, levibus, & idiotis, quæ per ſæpe, ac facile decipiuntur, ſed fuit ſemper conſtans, & perpetua, ac numquam diminuta, vel interrupta, ita ut a primis ſuæ adoleſcentiæ annis ad extremum uſque ſpiritum, & poſt mortem etiam ſemper conſtans perennis, & inconcuſſa perſeveraverit, & quidem non in minore parte Populi, nec in uno tantum loco, ſed per plures Orbis Regiones, Indias etiam, & Germaniam, & præſertim per univerſum Valentinum Regnum apud omne perſonarum genus diffuſa, & propagata. Ortum inſuper duxit ex ſupra recenſito ſancto, & irreprehenſibili vitæ tenore, perpetuoque Chriſtianarum omnium virtutum exercitio in gradu vere ſublimi, & heroico: eam denique evulgarunt non tantum idiotæ, & plebeii ſed & præcipue Viri graves prudentes, probi, & honeſti, Præſules Magnates, necnon Religioſi doctrina æque, ac probitate præſtantes, qui vel ejus Confeſſiones Sacramentales audiverunt, vel de mandato Reverendiſſimorum pro tempore Valentiæ Archiepiſcoporum, vel ex commiſſione Tribunalis Sacræ Inquiſitionis ejus ſpiritum probaverunt, quin umquam contra illam quidquam dictum, factum, ſcriptum, vel auditum fuerit; uti unanimiter deponunt præcitati omnes Teſtes *Summ. dicto nu.9. per tot.*

20 Cum verò adveniſſet jam tempus, quo de tot ſanctis ſuis operibus condignam mercedem de manu Altiſſimi in cœleſti Patria reciperet, in poſtremam incidit ægritudinem, quam lætanter ſuſcepit, admirabilique cum uniformitate divinæ voluntati pertulit, quamplurima in ejus decurſu heroicarum virtutum, quas exercuerat, exempla omnibus, & præcipuè ſuis ſodalibus præbendo, ac Divino lumine illuſtrata prænuntiato ſuæ vitæ termino iiſdem ſodalibus, Medico aliiſque, puriſſimam ſuo Creatori Animam reddidit die 21. Januarii 1696. uti concorditer perhibent iidem Teſtes *Summario numer.10.* Evulgato obitu Ancillæ Dei, expoſitoque

ſacro

sacro ejus cadavere in Ecclesia Monasterii ingens, ac prodigiosus quidem fuit concursus Populi utriusque sexus, qui ad illud pio, ac religioso cultu venerandum supplex accessit, ita ut ad satisfaciendum universali devotioni Populorum etiam finitimorũ ibi turmatim confluentium necesse fuerit dictum sacrum Cadaver quatriduo expositum retinere, & his diebus viæ quæ ducunt ad idem Monasterium adeo refertæ erant Populo cujuscumque generis, & conditionis, & præsertim Nobilium, & Ecclesiasticorum, ut vix, & nisi cum gravi incommodo ad dictum Monasterium quis accedere posset; peractisque demum sacris ritibus nostræ Ven. Cadaver humatum fuit intra claustra ejusdem Monasterii, relicta apud omnes percelebri Sanctitatis Fama; prout unanimiter deponunt præcitati omnes Testes *Summ. d. n.* 10.

21 Eximia hæc Sanctitatis opinio, quam in obitu habuit Venerabilis Serva Dei, ut supra demonstravimus, succedentibus annis nequaquam decrevit, sed latius longiusque sese propagavit per universum Valentinum Regnum, & ad exteras quoque Nationes, prout sunt Indiæ, & Germania, permeavit, in dies magis, magisque increbescens, & ad hæc usque nostra tempora in suo robore persistens, uti probant Testes omnes *de visu, & propria observatione*; ex assidua, & numquam interrupta universali acclamatione ejus Sanctitatis; ex frequentissimo, & numquam diminuto Fidelium cujuscumque sexus status, & conditionis ad Ecclesiam Monasterii, intra cujus septa jacet ejus Sepulcrum, concursu, non solum a vicinis, verum etiam a remotis supradictis Regionibus tum ob singularem devotionem, qua erga illam feruntur, tum pro actione gratiarum propter beneficia, meritis, & intercessione ejusdem, sibi divinitus collata, tum etiam pro ipsius ope, & patrocinio pœnes Altissimum implorando in propriis necessitatibus, & indigentiis: insuper ex frequentissimis, & incessantibus instantiis, quæ fiunt pro obtinendis ejus reliquiis; atque tandem ex eleemosinis, quæ dietim ex longinguis etiam Regionibus in ejus memoriam, & devotionem eidem Monasterio offeruntur, ut constat *Summario num.* 11. *per tot.*

22 Denique universalis hæc Sanctitatis Fama, quæ usque ab ejus adolescentia incohaverat, & constans semper cum incremento perseveravit ad extremum usque spiritum, post felicem ejus obdormitionem in Domino nullo umquam tempore diminutionem aliquam, aut interruptionem passa est, utpote quæ fundata erat in Christianarum omnium virtutum praxi, atque deinde confirmata pluribus miraculis, quæ Altissimus in utilitatem eorum, qui ipsius opem implorant patrare dignatus est, dietimque operari non desinit; proindeque nedum perseveravit semper firma, constans, & universalis, sed in dies magis, magisque augetur, & percrebescit, quin contra illam, quidquam umquam dictum scriptum factum vel auditum fuerit, sicuti cum supra relatis

omni-

omnibus requisitis optime firmant prælaudati omnes Testes *Summ.n.12.per tot.*

23 Cum igitur ex hactenus deductis evidentissimè constet nedum de Validitate, sed etiam de Relevantia hujus Processus, non diffitemur, quin Eminentissimi Patres, pro ea, qua pollent, benignitate, & justitia, *affirmativum* proferant suffragium ad præinsertum Dubium; prout iterum, iterumque suppliciter deprecamur.

Quare &c.

Urbanus Philippus Majani.

R E V I S A.

Aloysius Gardellini Sub-Promotor Fidei.

VALENTINA

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVÆ DEI

JOSEPHÆ MARIÆ

A' SANCTA AGNETE

Monialis Professæ in Monasterio Purissimæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Ordinis Excalceatarum S. Augustini Villæ de Beniganim.

SUMMARIUM

SUPER DUBIO

An constet de Validitate, & Relevantia Processus in Civitate, & Diæcesi Valentina Apostolica Authoritate constructi super Fama Sanctitatis, Virtutum, & Miraculorum in genere prædictæ Ven. Servæ Dei, in casu, & ad effectum &c.

Joseph Maria Tituli Sancti Pancratii S. R. E. Presbyter Cardinalis Feroni Sacrorum Rituum Congregationis Præfectus.

Perillustri, & Reverendissimo Domino Archiepiscopo Valentino, ejusque Reverendo Vicario Generali, nec non quatuor Dignitatibus, seu Canonicis illius Metropolitanæ Ecclesiæ ab eodem Reverendissimo Archiepiscopo nominandis, & eligendis Iudicibus per Sacram Rituum Congregationem, ac Eminentissimum, & Reverendissimum Dominum Cardinalem Paulutium infradicendæ Causæ Ponentem, seu Relatorem Delegatis pro construendo Processu Apostolico in Civitate, & Diæcesi Valentina super Fama Sanctitatis, Vitæ, Virtutum, & Miraculorum in genere Venerabilis Servæ Dei Josephæ Mariæ a S. Agnete vulgo Ynes de Beniganim Ordinis Heremitarum Excalceatarum S. Augustini cum clausula, quod dictus Reverendissimus Archiepiscopus cum duabus ex præfatis Di-

NUM. 1.
Literæ Remissoriales a Sac. Rit. Congregatione relaxatæ pro Constructione Processus, de quo agitur *Proc. fol. 32. terg. ad 57.*
§. 1.
Judices, quibus directæ fuerunt eædem Literæ.

gnitatibus, seu Canonicis, vel eodem Archiepiscopo legitime impedito, dictus Vicarius Generalis cum tribus ad minus ex iisdem Dignitatibus, seu Canonicis ad Constructionem præfati Processus conjunctim, & non divisim semper procedant, & assistant salutem in Domino, & in commissis obedientiam, ac nostris hujusmodi, imò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis.

Noverit Amplitudo tua Reverendissime Domine Archiepiscope, & vos illius Vicari Generalis, Dignitates, & Canonici, ut supra eligendi noveritis, quod constructis prius in dicta Diœcesi Valentina Authoritate Ordinaria Processibus super Sanctitate Vitæ, Virtutibus, & Miraculis dictæ Venerabilis Servæ Dei Iosephæ Mariæ a Sancta Agnete illisque in Actis dictæ Sacræ Rituum Congregationis exhibitis, & deinde servatis servandis apertis, & sub die Decima septima Maii anni millesimi septingentesimi sexagesimi, per dictum Eminentissimum Dominum Cardinalem Paulutium loco Eminentissimi Domini Cardinalis Portocarrero tunc dictæ Causæ Ponentis facta relatione in dicta Sacra Congregatione de contentis in Processibus antedictis, discussoque Dubio = *An sit signanda Commissio Introductionis ejusdem Causæ* = Sacra eadem Congregatio audito prius Reverendo Patre Domino Fidei Promotore, qui scripto, & voce suam Sententiam exposuit rescribendum censuit = *Affirmative* = Cum Clausula, quod non aperiatur Processus Apostolicus nisi expleto Examine Epistolarum, & aliorum Scriptorum ad formam Decreti anni millesimi septingentesimi quinquagesimi quarti, prout ex Decreto die dicta decima septima Maii prædicti anni millesimi septingentesimi sexagesimi insuper emanato, & per Sanctissimum Dominum Nostrum Papam Clementem Decimum Tertium approbato tenoris sequentis videlicet = Valentina Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Servæ Dei Josephæ Mariæ a S. Agnete vulgo *Ynes de Beniganim* Ordinis Heremitarum Excalceatarum S. Augustini.

Cum per Eminentissimum, & Reverendissimum Dominum Cardinalem Paulutium loco Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Portocarrero Ponentis Causæ Ven. Servæ Dei Josephæ Mariæ a S. Agnete Vulgo *Ynes de Beniganim* propositum, ac discussum fuerit in Congregatione Ordinaria Sacrorum Rituum absque interventu Consultorum ex dispensatione Apostolica infrascriptum dubium = *An sit signanda Commissio introductionis ejusdem Causæ* = Sacra eadem Congregatio, audito prius Reverendo Patre Domino Fidei Promotore, qui scripto, & voce suam Sententiam exposuit, rescribendum censuit = *Affirmative* = cum Clausula, quod non aperiatur Processus Apostolicus, nisi expleto Examine Epistolarum, & aliorum Scriptorum, ad formam Decreti anni millesimi septingentesimi quinquagesimi quarti, si Sanctissi-

ctissimo Domino placuerit. Die decima septima Maii millesimi septingentesimi sexagesimi; Et facta deinde per me Secretarium de prædictis eidem Sanctissimo Domino Nostro Relatione, Sanctitas Sua benigne annuit, prædictamque Commissionem propria manu signavit. Die vigesima prima Maii millesimi septingentesimi sexagesimi.

D. Fortunatus Cardinalis Tamburinus Præfectus.

Loco ✠ sigilli.

Joannes Michael de Lerma Sacræ Rituum Congregationis Secretarius.

Sic itaque idem Sanctissimus dictam Causam Beatificationis, & Canonizationis præfatæ Venerabilis Servæ Dei una cum Cognitione Virtutum, & Miraculorum publicæ Famæ Sanctitatis, Populorumque erga eam devotionis cum omnibus, & singulis incidentibus, dependentibus, emergentibus annexis, & connexis quibuscumque (prævia Confirmatione in Ponentem dicti Eminentissimi Cardinalis Portocarrero) dictæ Sacræ Rituum Congregationi commisit, cum facultate in primis, & ante omnia Processum Authoritate pariter Ordinaria factum super Observantia decretorum sa. mem. Urbani Papæ Octavi de non Cultu editorum, citato, & audito dicto Reverendo Patre Domino Fidei Promotore discutiendi, & ex eo declarandi, dictis Decretis sufficienter paritum fuisse, factaque, & ab eodem Sanctissimo approbata hujusmodi Declaratione, si dictæ Sacræ Congregationi visum fuerit, & Sanctitati suæ placuerit, ad inquisitionem generalem super fama Sanctitatis Virtutum; & Miraculorum deveniendi, ejusque relevantia discussa a dicto Sanctissimo approbata super ejusdem Servæ Dei fama, devotione Populi, Vitæ sanctitate, puritate Fidei, & Miraculis in specie inquirendi cum facultate etiam super præmissis omnibus Litteras Remissoriales, & Compulsoriales ad quascumque Mundi partes decernendi, & relaxandi, & prout latius ex speciali Commissione manu Sanctitatis Suæ signata, & in Actis infrascriptæ dictæ Sacræ Congregationis Notarii Cancellarii, & Archivistæ præsentata die vigesima octava Martii anni millesimi septingentesimi sexagesimi primi tenoris subsequentis.

VALENTINA.

Beatissime Pater. Adeo hactenus aucta fuit, & in dies magis magisque augetur fama Sanctitatis Venerabilis Ancillæ Dei Josephæ Mariæ a Sancta Agnete Monialis Professæ in Monasterio Purissimæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Ordinis Excalceatarum S. Augustini Villæ de Beniganim Diœcesis Valentinæ, quæ anno millesimo sexcentesimo nonagesimo sexto die vigesima prima Januarii in dicta Villa obdormivit in Domino una cum Miraculis, quæ omnipotens Deus ejus meritis, & intercessione operare dignatur, ut concepta in diversis Mundi partibus, maxime vero

§. 2. *Tenor Commissionis Introductionis Causæ a san. mem. Clemente XIII. signatæ die prima Maii 1760.*

in

in dicta Villa de Beniganim tota Dioecesi Valentina, & omnibus Hispaniæ Regnis, necnon etiam in Germania erga eam devotione a plerisque in eorum necessitatibus invocetur, & plurimorum etiam gravium Virorum existimatione Beatificationis, & Canonizationis honore digna, accedente infallibili Sanctitatis Vestræ judicio reputetur: Ex quibus moti, piaque, ac particulari in dictam Servam Dei devotione ducti Elisabeth Regina, Serenissimusque Hispaniarum Infans, necnon quamplures Archiepiscopi, Episcopi, Capitula, Universitates, Communitates, aliæque insignes, & illustres Personæ per suas Litteras instanter, ac iterato Sanctitati Vestræ supplicarunt, ut ad ejusdem Servæ Dei Beatificationem, & Canonizationem procedere dignaretur; Propterea cum jam fuerint confecti Processus authoritate Ordinaria super sanctitate Vitæ, Virtutibus, & Miraculis ejusdem Ancillæ Dei, iidemque prævia eorum præsentatione in Actis Congregationis Sacrorum Rituum, ac legitima aperitione, mature in eadem Sacra Congregatione discussi, & examinati pro parte devoti Sanctitatis Vestræ Oratoris Equitis Bernardi Bucci dictæ Causæ Postulatoris deputati specialiter, humiliter supplicatur quatenus dignetur Causam, & Causas Beatificationis, & Canonizationis, necnon cognitionem Virtutum, & Miraculorum, ac publicæ famæ Sanctitatis dictæ Servæ Dei, Populorumque erga ipsam Devotionis cum omnibus, & singulis suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis quibuscumque, confirmando etiam, quatenus opus sit, in Ponentem Reverendissimum Dominum Cardinalem Portocarrero jam a Sanctitatis Vestræ Prædecessore deputatum, eidem Sacræ Congregationi committere, & mandare cum facultate in primis, & ante omnia Processum Ordinaria pariter authoritate factum super observantia Decretorum sanctæ mem. Urbani Papæ Octavi super non Cultu editorum citato, & audito Reverendo P. Fidei Promotore, discutiendi, & ex eodem declarandi, in dictis Decretis sufficienter paritum fuisse, & satisfactum; Factaque Sanctitati Vestræ relata, & ab eadem approbata hujusmodi Declaratione, citato pariter, & audito eodem Reverendo P. Fidei Promotore, si eidem Sacræ Rituum Congregationi visum fuerit, & Sanctitati Vestræ placuerit, ut possit deveniri ad generalem inquisitionem super fama Sanctitatis, devotione Populi, & Miraculis, aliisque denunciandis dictæ Venerabilis Servæ Dei, eidem Congregationi indulgere, & liberam facultatem concedere, ut si in Curia aderunt probationes, Reverendissimo Domino Cardinali Urbis Vicario, si vero extra Curiam aliquibus Archiepiscopis, seu Episcopis committere valeat, quod per seipsos inquirant de Fama, & Devotione Populi, deque Miraculis, & aliis denuntiandis dictæ Venerabilis Ancillæ Dei in genere tantum, & non in specie, & quoad Famam, si eadem vigeat de præsenti, & ad hunc effectum Articulos ad eosdem

dem transmittat, super quibus, & juxta pariter Interrogatoria per dictum Reverendum P. Fidei Promotorem conficienda, debeant per seipsos, & non per alios, Testes examinari cum interventu Sub-Promotoris Fidei, per dictum Reverendum P. Promotorem nominandi, & cum potestate citandi, & inhibendi quos, quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit, etiam sub censuris &c. necnon per Edictum &c. Contradictores &c. invocato &c. & cum omnibus aliis facultatibus necessariis, & opportunis. Quibus peractis, ea, quæ invenerint, fideliter rescribant, & Processum hujusmodi ad eamdem Sacram Congregationem sub sigillo clausum per fidelem Nuntium transmittant cum ipsorum Litteris, in quibus significent, quæ, & qualis prædictis Testibus, & eorum depositionibus sit danda fides. Quo Processu recepto, & per Sacram Congregationem discusso, eadem Sacra Congregatio Sanctitati Vestræ referat, quid de sua relevantia sentiat, ad effectum, ut Sanctitas Vestra statuere possit, an sit deveniendum ad inquisitionem specialem. Quod si Sanctitas Vestra ei locum esse judicaverit, eidem Sacræ Congregationi mandare, & injungere pariter dignetur, quatenus eidem, vel aliis Archiepiscopis, seu Episcopis committere valeat, ut veritatem super dictæ Venerabilis Servæ Dei Fama, devotione Populi, Vitæ sanctitate, puritate Fidei, Miraculis, & aliis a Sacris Canonibus requisitis, exactè, fideliter, & prudenter secundùm Articulos, & Interrogatoria per dictum Reverendum Patrem Fidei Promotorem danda, & illis transmittenda in specie inquirant, & jura, ac monumenta exhibenda coram ipsis recipiant cum interventu Sub-Promotoris per eundem Reverendum Patrem Fidei Promotorem nominandi, & quidquid per hujusmodi specialem inquisitionem invenerint, suis sigillis pariter inclusum cautè ad eandem Sacram Congregationem transmittant, ut deinde his omnibus maturè examinatis in Congregatione coram Sanctitate Vestra habenda decernatur, an talia sint, propter quæ ad Beatificationem, sive ad Canonizationem dictæ Venerabilis Ancillæ Dei Josephæ Mariæ a Sancta Agnete juxta Sacrorum Canonum Decreta, & S.R.E. ritum deveniri possit; cum facultate super præmissis omnibus Litteras Remissoriales, & Compulsoriales, citato eodem Reverendo P. Fidei Promotore ad quascumque Mundi partes decernendi, & relaxandi, atque etiam in Curia toties, quoties &c. Jura, & Monumenta quæcumque recipiendi, & si opus fuerit Testes per Reverendissimum Cardinalem Vicarium, seu Episcopos, & in loco ab eo deputando prævia Citatione, & cum interventu dicti Reverendi Patris Fidei Promotoris, vel ejus Sub-Promotoris super iisdem Articulis, seu aliis de novo dandis, vel addendis, & juxta Interrogatoria per eundem Reverendum Patrem Fidei Promotorem danda, examinari faciendi sub censuris, & pœnis &c., & cum omnibus aliis facultatibus de-

super

super necessariis, & opportunis, cæteraque omnia, & singula in præmissis, & circa ea quomodolibet faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi usque ad ultimum, & finale complementum prædictæ Congregationis; Servata tamen in omnibus, & singulis forma Decretorum san. mem. Urbani Papæ Octavi, & Innocentii Papæ Undecimi, & non alias &c. non obstantibus Constitutionibus etiam in Universalibus, & Synodalibus Conciliis editis, atque aliis Ordinationibus Apostolicis, Regulis Cancellariæ stylo Palatii, & Curiæ ceterisque quibuscumque statum &c. quorum tenores &c. pro plene, & sufficienter expressis habeantur =

Placet Carolus =

Defuncto subinde dicto Cardinali Portocarrero Ponente recensitæ Causæ, subrogatus extiterit in ejus locum dictus Eminentissimus Dominus Cardinalis Paulutius, prout ex Decreto emanato die decima quarta Julii præfati anni millesimi septingentesimi sexagesimi tenoris sequentis videlicet.

Valentina Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Servæ Dei Josephæ Mariæ a S. Agnete Vulgo Ynes de Beniganim Ordinis Heremitarum Excalceatarum Sancti Augustini.

§. 3. *Decretum subrogationis Emi, & Rmi D. Cardinalis Paulutii in Ponentem Causæ loco cl. me. Cardinalis Portocarrero editum die 14. Julii 1760.*

Defuncto jam claræ memoriæ Cardinali Portocarrero Ponente Causæ Venerabilis Servæ Dei Josephæ Mariæ a S. Agnete Vulgo Ynes de Berfinganim, Causæ Postulator Sanctissimo Domino Nostro Clementi Papæ Decimo Tertio pro subrogatione alterius ex Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis Sacræ Rituum Congregationi præpositis Cardinalibus humillimè supplicavit, & Sanctitas Sua ad relationem mei Secretarii cum omnibus, & singulis facultatibus necessariis, & opportunis benigne subrogavit, & deputavit eximium, & Reverendissimum Dominum Cardinalem Paulutium in Ponentem ejusdem Causæ in statu, & terminis, in quibus eadem reperitur. Die decima quarta Julii millesimi septingentesimi sexagesimi.

D. Fortunatus Cardinalis Tamburinus Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

Joannes Michael de Lerma Sacræ Rituum Congregationis Secretarius.

Postmodum autem in Congregatione Sacrorum Rituum habita die vigesima Martii anni millesimi septingentesimi sexagesimi secundi confirmata fuerit Sententia per Judices a dicto Reverendissimo Archiepiscopo Valentino delegatos lata super Cultu dictæ Venerabilis Servæ Dei Josephæ Mariæ a S. Agnete Vulgo Ynes de Beniganim non exhibito, prout ex Decreto edito die dicta, & per Sanctissimum Dominum Nostrum Papam approbato tenoris subsequentis videlicet.

Va-

Valentina Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Servæ Dei Josephæ Mariæ a S. Agnete Vulgo Ynes de Beniganim Ordinis Heremitarum Excalceatarum Sancti Augustini.

Relato per Eminentissimum, & Reverendissimum Dominum Cardinalem Paulutium Ponentem Causæ Venerabilis Servæ Dei Josephæ Mariæ a S. Agnete Vulgo Ynes de Beniganim ad instantiam Postulatoris in Congregat. Ordinaria Sacrorum Rituum Dubio = *An Sententia Vicarii Generalis Valentini Judicis a Reverendissimo Domino Archiepiscopo Valentino Delegati lata super Cultu prædictæ Servæ Dei non exhibito, sive super paritione Decretis sanctæ memoriæ Urbani Papæ Octavi super non Cultu editis sit confirmanda in casu, & ad effectum, de quo agitur* = Sacra Congregatio audito Reverendo Patre Domino Cajetano Forti Fidei Promotore, qui scripto, & voce suam Sententiam exposuit, rescribendum censuit= *Affirmative, si Sanctissimo Domino Nostro placuerit* = Die vigesima Martii millesimi septingentesimi sexagesimi secundi.

§. 4. *Aliud Decretum constare de non Cultu editum die 20. Martii 1762.*

Factaque deinde per Reverendum Patrem Dominum Burghesium Prothonotarium Apostolicum Pro-Secretarium de prædictis eidem Sanctissimo Domino Nostro Relatione, Sanctitas Sua benigne annuit die tertia Aprilis millesimi septingentesimi sexagesimi secundi.

Ita reperitur in Regestris Decretorum Congregationis Sacrorum Rituum in fidem &c.

Scipio Burghesius Sacræ Rituum Congregationis Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

Quapropter juxta dispositionem Decretorum Generalium dicti san. mem. Urbani Papæ Octavi factus est locus constructioni alterius Processus super Fama Sanctitatis Virtutum, & Miraculorum in genere in dicta Civitate, & Diœcesi Valentina, ubi ipsa Serva Dei diem clausit extremum, proindeque Dominus Marcus Antonius Franconi hujusmodi Causæ Postulator prælibato Sanctissimo Domino Nostro Papæ humillime supplicaverit pro concessione ad hunc effectum Litterarum Remissorialium, prout Sanctitas Sua illas concessit dirigendas Amplitudini tuæ Reverendissime Archiepiscope, Vobisque Vicari Generalis Dignitates, seu Canonici Metropolitanæ Ecclesiæ, ut supra ab eodem Archiepiscopo nominandi, cum recensita clausula, quod dictus Archiepiscopus cum duabus ex dictis Dignitatibus, seu Canonicis, vel eodem Archiepiscopo legitime impedito, ejus Vicarius Generalis cum tribus ad minus ex iisdem Dignitatibus, seu Canonicis ad constructionem hujusmodi Processus conjunctim, & non divisim semper procedant, & assistant, & cum termino trium annorum a die Exhibitionis præsentium Litterarum ad eundem Processuum absolvendum; prout patet ex Decreto edito die vigesima proxime

ximе præteriti mensis Aprilis tenoris sequentis videlicet.

Valentina Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Servæ Dei Josephæ Mariæ a S. Agnete Vulgo Ynes a Beniganim Ordinis Heremitarum Excalceatarum Sancti Augustini.

§. 5. Decretum relaxationis Literarum Remissorialium ad construendum Processum, de quo agitur, editum die 20 Aprilis 1763.

Cum a Sac. Rituum Congregatione habita die vigesima Martii millesimi septingentesimi sexagesimi secundi confirmata fuerit Sententia per Judices a Reverendissimo Archiepiscopo Valentino Delegatos lata super Cultu Venerabilis Servæ Dei Josephæ Mariæ a S. Agnete Vulgo Ynes de Beniganim non exhibito; propterea juxta Dispositionem Decretorum Generalium sanctæ memoriæ Urbani Papæ Octavi factus est locus constructioni alterius Processus super Fama Sanctitatis, Virtutum, & Miraculorum in genere in Civitate, & Diœcesi Valentina, ubi ipsa Dei Serva diem suum clausit extremum. Hinc Marcus Antonius Franconi hujusmodi Causæ Postulator Sanctissimo Domino Nostro Clementi Decimo Tertio humillime supplicaverit, quatenus ad hunc effectum Litteras Remissoriales dirigendas Reverendissimo Archiepiscopo Valentino; ejusque Vicario Generali, nec non quatuor Dignitatibus, seu Canonicis illius Ecclesiæ Metropolitanæ ab eodem Reverendissimo Archiepiscopo nominandis, & eligendis benigne concedere, & relaxare dignaretur; & Sanctitas Sua audito etiam Reverendo Patre Cajetano Forti Fidei Promotore, ad relationem per me Secretarium factam, prædictas Litteras Remissoriales cum Clausula tamen, ut Reverendissimus Archiepiscopus cum duabus Dignitatibus, & Canonicis, vel eo legitime impedito Vicarius Generalis cum tribus ad minus ex iisdem ad Constructionem hujusmodi Processus conjunctim, & non divisim semper procedant, assistant, ac cum omnibus, & singulis facultatibus necessariis, & opportunis, nec non cum termino trium annorum a die exhibitionis præsentium Litterarum ad illum complendum, expediri demandavit. Die vigesima Aprilis millesimi septingentesimi sexagesimi tertii.

§. 6. Judices, quibus eædem Literæ fuerunt directæ.

§. 7. Terminus trium annorum præfixus ad eumdem Processum absolvendum.

Joseph Maria Cardinalis Feroni Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

Scipio Burghesius Sacræ Rituum Congregationis Secretarius.

Citato igitur per unum ex Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursoribus coram dicto Eminentissimo Domino Cardinali Paulutio Ponente, seu Relatore Reverendo Patre Domino Cajetano Forti Sacræ Consistorialis Aulæ Fisci, & Reverendæ Cameræ Apostolicæ Advocato, Sanctæque Fidei Promotore a Sancta Sede Apostolica specialiter deputato primo ad dicendum contra dictam Commissionem & Decreta, seu Rescripta, & successive contra Positiones, & Articulos in iisdem Actis facto datos, quo-

quorum copia sibi transmissa fuit ad effectum super illis examinandi Testes inducendos, & conficiendi in dicta Civitate, & Diæcesi Valentina Processum super fama Sanctitatis, Vitæ, Virtutum, & Miraculorum in genere dictæ Venerabilis Ancillæ Dei Sororis Josephæ Mariæ a Sancta Agnete, videndumque illas, & illos ad probandum admitti dictos Testes desuper inducendos, mandari examinari, ac decerni, & relaxari Litteras Remissoriales in eadem Civitate, & Diæcesi Valentina exequendas amplitudini Tuæ Reverendissimæ Archiepiscopo Valentino, Vobisque Vicario ejus Generali, & quatuor Dignitatibus, seu Canonicis Metropolitanæ Ecclesiæ, ut supra eligendis Judicibus per dictum Sanctissimum Dominum Nostrum Papam, ac Sacram Congregationem, præfatumque Eminentissimum Dominum Cardinalem Paulutium Ponentem electis, & Delegatis dirigendas, cum dicta tamen clausula, quod vel dictus Reverendissimus Archiepiscopus cum duabus ex dictis Dignitatibus, seu Canonicis, vel eodem Archiepiscopo legitime impedito, ejus Vicarius Generalis cum tribus ad minus ex eisdem Dignitatibus, seu Canonicis conjunctim, & non divisim semper procedant, & assistant cum omnibus, & singulis facultatibus desuper necessariis, & opportunis per Triennium duraturis ad formam Decreti, seu Rescripti Sanctissimi Domini Nostri Papæ ultimo loco superius registrata, concordandumque de eadem Amplitudine, Vobisque Vicario Generali, Dignitatibus, seu Canonicis antedictis, termino, & locis præfatis, locorumque loci, & Portitore, nec non constituendum aliquem, seu aliquos Sub-Promotorem, seu Sub-Promotores per Acta infrascripti Notarii, qui in Partibus commode citari possint, & examinibus Testium, ac Processui prædictis intersint, dandum Interrogatoria in eisdem Litteris includenda, aliàs videndum fieri Processum per affixionem ad Valvas Majoris Ecclesiæ dictæ Civitatis Valentinæ, seu locorum infra ejus Diæcesim deputandorum, Testes examinari dictasque Litteras expediri, claudi, & sigillari mandari, absque dictis Interrogatoriis, decretumque desuper necessarium, & opportunum fieri ad infrascriptam diem; qua adveniente, & in dicto Citationis termino comparuit in Judicio legitime coram dicto Eminentissimo Domino Cardinali Paulutio Ponente, seu Relatore hujusmodi Causæ Illustris Dominus Marcus Antonius Franconi dictæ Causæ Postulator, & Procurator specialiter constitutus, prout in Actis, & facto produxit Positiones, seu Articulos in Calce præsentium registrandos, petiitque, & institit illas, & illos ad probandum admitti Testes inducendos, mandari examinari, ac decerni, & relaxari Litteras Remissoriales in præfata Civitate, & Diæcesi Valentina intra dictum trium annorum spatium exequendas, amplitudini tuæ Reverendissi-

me Archiepiscope, vobisque illius Vicario Generali, Dignitatibus, seu Canonicis, ut supra eligendis Judicibus Delegatis dirigendas, & latius prout in dicta Citatione, dictusque Eminentissimus Dominus Cardinalis Paulutius Ponens, seu Relator dictorum Commissionis, & postremi Decreti, seu Rescripti formam insequendo, easdem Positiones, & Articulos ad probandum admisit Testes examinari mandavit, Litterasque Remissoriales pro dicto Processu super Fama Sanctitatis Vitæ Virtutum, & Miraculorum in genere dictæ Venerabilis Ancillæ Dei cum facultatibus necessariis, & opportunis ad dictum Triennium duraturis, eidem Amplitudini tuæ, vobisque ejus Vicario Generali, nec non quatuor Dignitatibus, seu Canonicis, ut supra eligendis pro ista Civitate, & Diœcesi Valentina cum dicta Clausula, ut tua amplitudo cum duabus ex recensitis Dignitatibus, seu Canonicis, aut eadem amplitudine legitimè impedita, præfatus Vicarius Generalis cum tribus ad minus ex iisdem Dignitatibus, seu Canonicis conjunctim, & non divisim respective procedant, & assistant, dirigendas decrevit, & relaxavit, ac expediri, claudi, & sigillari mandavit, & ad illas exequendas in eisdem Civitate, & Diœcesi Amplitudinem Tuam, Vosque Vicarium Generalem, Dignitates, seu Canonicos eligendos, Civitatemque, & Diœcesim prædictas pro loco, & locis; Pro loco verò loci, seu locis Locorum, per locum, & Loca ibidem per eosdem Delegatos Judices deputanda, Portitoremque pro earundem Litterarum Asportatione deputavit, & alias prout in eisdem Actis infrascripti Notarii; Nosque Joseph Maria Cardinalis Feroni Præfectus antedictus considerantes æquum, & Christiana Religione dignum esse Dei gloriam, quæ in servis suis resplendet, manifestam fieri, volentesque ea, quæ à S. Sede Apostolica committuntur, quæque in dicta Sacra Congregatione Rituum statuta sunt debitæ executioni demandare, easdem Litteras remissoriales modo, & forma, quibus supra, & prout infra expressum est, exequi volumus, & mandamus per præsentes, injungendo tamen juxta dispositionem novissimorum Decretorum dictæ Sacræ Congregationis quod ante inchoationem Processus per eamdem amplitudinem tuam, Reverendissime Archiepiscope, tacto pectore, & per vos Vicarium Generalem, Dignitates, & Canonicos ut supra eligendos, tactis Sacrosanctis Dei Evangeliis Juramentum in eodem Processu omnino adnotandum, & transcribendum præstetur sequenti Forma in eisdem Decretis novissimis præscripta videlicet.

§. 9. *Formula Juramenti per Judices præstandi ante inchoationem Processus.*

Ego NN. exprimendo Nomen, & Cognomen tacto pectore, quoad Archiepiscopum, quo vero ad Vicarium Generalem, & reliquos Judices, tactis Sacrosanctis Dei Evangeliis coram me positis juro, & promitto fideliter adimplere munus mihi commissum circa fabricationem Processus in Causa Beatificationis, & Canonizationis Venera-

nerabilis Servæ Dei Sororis Josephæ Mariæ a S. Agnete Monialis Professæ Ordinis Heremitarum Excalceatarum S. Augustini juxta formam Decretorum Sacrorum Rituum Congregationis, & præcipue Novissimorum, quæ confirmata fuere a Venerabili Servo Dei Innocentio Papa Undecimo, nec non juro, & promitto religiose servare secretum tam de contentis in Interrogatoriis, quàm de Testium Depositionibus super eisdem, & super Articulis, nec de iis loqui cum aliqua Persona (exceptis aliis Judicibus, sub-Promotoribus, & Notario pro eodem Processu deputandis sub pæna perjurii, & Excommunicationis latæ Sententiæ, a qua non nisi a Summo Pontifice, excluso etiam majori Pænitentiario, præterquam in Mortis Articulo absolvi possim, & ita promitto, & juro sic me Deus adjuvet (subjungendo vos Vicarj Generalis, Dignitates, seu Canonici), & hæc Sancta Dei Evangelia.

Quocirca amplitudinem tuam Reverendissime Archiepiscope Valentine, vosque ejus Vicarium Generalem, & Dignitates, seu Canonicos, ut supra eligendos, de quorum fide, integritate, zelo Religionis, porpetuaque, & debita erga Sanctam Sedem Apostolicam Obedientia plurimum in Domino eadem Sacra Congregatio confidit, & Nos quoque confidimus, requirimus, & monemus eisdem etiam Apostolica, qua dicta S. Congregatio, & Nos in hac parte fungimur, ac dictæ Sacræ Congregationis Ordinaria auctoritate committimus, & mandamus, ut eadem amplitudo tua cum duabus ex dictis Dignitatibus, seu Canonicis, vel ea legitime impedita dictus Vicarius Generalis cum tribus ad minus ex eisdem dignitatibus, seu Canonicis simul, & conjunctim, & non aliàs aliter, nec alio modo vice ejusdem Sacræ Congregationis, & nostra in singulis actibus procedentes, & pro Tribunali sedentes intra dictum terminum trium annorum, ut supra præfixum omnes, & singulos Testes, scripturas, jura, Instrumenta, monumenta, & alia quævis probationum genera, qui seu quæ coram præsentium litterarum executoribus Judicibus in dicta Civitate, & Diæcesi Valentina a Personis legitima mandata Procuræ habentibus induci, produci, & exhiberi contigerit, recipiant, & admittant, & primo juxta Interrogatoria per dictum Reverendum Patrem Dominum Fidei Promotorem hic in Curia data, & presentibus nostris adjuncta clausa, & sigillata, non aperienda, nisi coram Judicibus, per quos præsentes exequentur in actu examinis denuoque claudenda, & obsignanda eorumdem Judicum Sigillis, in fine cujuslibet sessionis examinis ipsorum Testium, prout simili modo claudi obsignari, & aperiri debebunt eorumdem Testium Depositiones exprimendo tamen singillatim in eodem Processu actus aperitionis, & clausuræ hujusmodi, sicque clausa, & sigillata ipsa Interrogatoria cum eisdem Testium Depositionibus retinenda usque ad perfectionem,

§. 9. *Forma per Sacram Congregationem præscripta, & per Judices servanda in constructione Processus.*

& absolutionem Processus, & deinde super eisdem positionibus, & Articulis in calce præsentium nostrarum litterarum registrandis, in Ecclesiis, Oratoriis, piisque locis, & in loco cujuslibet ex iisdem locis, & quoad Infirmos, aut alias legitime impeditos in aliis quibuscumque locis per eosdem Judices præsentium litterarum executores deputandis, & semper exprimendis tam in Citationibus contra eosdem Testes, & Fidei Sub-Promotorem, seu Sub-Promotores ab eodem Reverendo Patre Domino Promotore Fidei nominandum, seu nominandos, exequendis, quam in juramentis ab eisdem Testibus præstandis, & Examinibus ab eis faciendis Testes ipsos omnes, & singulos diligenter examinent, recepto tamen prius in manibus eorumdem Judicum præsentium executorum a dictis Testibus cujuscumque gradus, status, conditionis, & Sexus existant, etiam Sacerdotibus (exceptis Episcopis) tactis Sacrosanctis Dei Evangeliis, & non aliis juramento in Processu pariter adnotando, non solum de veritate dicenda de iis, super quibus examinabuntur, verum etiam de servando secretum sub pæna Excommunicationis ipso facto incurrendæ in Casum contraventionis juxta sequentem formulam traditam in eisdem novissimis Decretis, videlicet.

§. 10. *Formula Juramenti per Testes præstandi.*

Ego N. (exprimendo nomen, & Cognomen) tactis Sacrosanctis Dei Evangeliis coram me positis, juro dicere veritatem tam super Interrogatoriis, quam super articulis, super quibus examinabor, nec non servare secretum, nec alicui penitus revelare tam contenta in eisdem Interrogatoriis, quàm responsiones, & depositiones a me faciendas sub pæna perjurii, & excommunicationis latæ Sententiæ, a qua non nisi a Summo Pontifice (excluso etiam Majori Pænitentiario) præterquam in mortis articulo absolvi possim, & ita promitto, & juro, sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta ejus Evangelia.

Eademque Testium Juramenta, dicta, & depositiones recipiant, & per fide dignum Notarium Apostolica, & Ecclesiastica authoritate creatum, per eosdem Judices a quibus præsentes exequentur deputandum, dummodo tamen non sit de Religione, quam dicta Serva Dei dum vixit, professa fuit etiamsi Privilegiis Prothonotarii Apostolici, & aliis quibuscumque pro rebus, & materiis favore suæ Religionis gerendis fuerit insignitus, sub pæna nullitatis Processus ipso facto incurrenda, absque alia declaratione, & non alias &c., qui Notarius sic deputatus in manibus eorumdem Judicum executorum, tactis Sacrosanctis Evangeliis, de officium suum fideliter exercendo, & secretum servando, juxta formulam super hoc eisdem Judicibus præscriptam, mutatis tamen mutandis, præstet pariter Juramentum in Processu quoque describendum, in scriptis redigi faciant animadvertendo, quod Testes nequaquam se referant ad at-

testationes alias redditas, neque illis recitentur ea quæ alias ipsi deposuerunt, sed quæcumque habent explanatè, & per extensum deponant. Absoluto autem examine Testium per Procuratorem Causæ inducendorum, alios Testes bene informatos de dicta fama Sanctitatis Vitæ virtutum, & miraculorum in genere dictæ Venerabilis Servæ Dei ad formam novissimorum Decretorum dictæ Sacræ Congregationis iidem Judices præsentium litterarum executores ex officio inducant, examinent, & examinari curent, & mandent, juxta Interrogatoria præfati Reverendi Patris Domini Fidei Promotoris. Cætera vero Processus acta in loco, seù locis pro solita audientia deputandis ab eisdem Judicibus, qui præsentes executioni demandabunt, recipiant. Si autem Testes sive ex officio ut supra assumendi, sive ad Instantiam Postulatoris Causæ inducendi, seù alias quomodolibet examinandi sese examini subiicere distulerint, aut recusaverint, Testes ipsos ad sese examini subiicendum sub Censuris, & pęnis Canonicis, jurisque, & facti remediis opportunis omni, & quacumque appellatione postposita cogant, & compellant. Utque prædicta omnia liberius executioni demandari possint, nuntium, seù nuntios pro citationibus, aliisque mandatis, & Decretis exequendis, recepto prius ab eis juramento de fideliter officium suum exercendo, similiter deputent, & completo dicto Processu super fama Sanctitatis in genere tam omnium Testium depositiones, & dicta, Citationes, acta, & actitata quæcumque, quam jura omnia, & singula producta fideliter trascribantur, & successivè cum originalibus collationentur, & auscultentur, hujusmodique collatio, & auscultatio (adhibito alio Notario Apostolico, vel Ecclesiastico, qui tamen non sit Religionis, quam dicta Serva Dei professa fuit, & Juramentum quoque præstent de munus suum fideliter exercendo, ut de alio Notario ad Causam deputando dictum est) coram eisdem Judicibus, per quos præsentes exequentur diligenter, & accuratè fiat, omniaque deinceps ab ipsis Judicibus subscripta, eorumque Sigillis munita, & obsignata, ac in publicam formam redacta cum subsequenti attestatione dicti Notarii Actuarii super recognitione manuum subscriptionum, & Sigillorum eorum Judicum præsentes litteras exequentium, atque cum legalitate, & attestatione in fine dictæ Transcriptionis, seù Transumpti per amplitudinem tuam Reverendissime Archiepiscope apponenda, tua propria manu subscripta, tuoque Sigillo munita in parte interna finali ejusdem Transumpti. Idem Transumptum deinde clausum, & Sigillatum in parte exteriori Sigillis tuæ amplitudinis Reverendissime Archiepiscope per fidelem nuntium, seù Portitorem cum juramento de fideliter asportando deputandum, ad nos, vel ad dictam Sacram Congregationem, modo, quo supra clausum, & Sigillatum transmitti, & asportari curetis, faciatis, & mandetis; Et per eosdem Judices præsen-

sentium Executores nobis significetur non solum generaliter, quæ fides Testibus examinatis sit adhibenda, sed etiam particulariter super iis, quæ per eosdem Testes deposita fuere, & an in deponendo iidem Judices aliquid viderint, seù animadverterint; per quod eorum depositio suspecta reddatur, decernimus tamen, & volumus, quod in omnibus actis coram dictis Judicibus præsentium Executoribus, aut alias circa præmissa faciendis citetur aliquis ex Sub-Promotoribus Fidei per dictum Reverendum Patrem Dominum Fidei Promotorem deputandis in plico suarum litterarum una cum præsentibus transmittendo, pariterque decernimus, irritum, & inane quidquid contra formam præsentium nostrarum litterarum scienter, vel ignoranter fuerit executum, & eidem Sanctissimo Domino Nostro Papæ, seù dictæ Sacræ Congregationi reservamus absolutionem omnium Singulorum qui dictas pœnas, & Censuras incurrerint. Pro præmissis autem omnibus, & singulis exequendis talem diligentiam, Curam, & fidem Judices præsentium Executores adhibituros speramus, quales gratiam ab eadem Sacra Congregatione, & retributionem laboris ab Altissimo pro Servis suis valeant sibi ipsis comparare. In quorum Testimonium præsentes manibus nostra, & Reverendorum Patrum Dominorum Prothonotarii, & Secretarii dictæ Sacræ Congregationis firmatas, nostroque Sigillo munitas per acta infrascripti ejusdem Sacræ Congregationis Notarii Cancellarii, & Archivistæ jussimus, & facimus expediri. Romæ ex Ædibus nostris anno à nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo septingesimo sexagesimo tertio Die verò septima Maii. Pontificatus autem Sanctissimi in eodem Christo Patris, & Domini nostri Domini Clementis Divina Providentia Papæ Decimitertii anno ejus quinto.

Joseph Maria Cardinalis Ferroni Præfectus.

J. R. Archettus Sacrorum Rituum Congregationis Prothonotarius Apostolicus.

Scipio Burghesius Sacrorum Rituum Congregationis Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

Philippus de Amicis Sacræ Congregationis Rituum Notarius Cancellarius, & Archivista.

A

Decretum, quo conceditur facultas Reverendissimo Archiepiscopo Valentino deputandi alium Connotarium ad scribenda Acta hujus Processus in Adjutorium Actuarii Proc. 170., & seq.

Valentina Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Servæ Dei Josephæ Mariæ à Sancta Agnete vulgo Agnese di Beniganim, Ordinis Eremitarum Excalceatarum Sancti Augustini.

Cum Postulator Causæ Venerabilis Servæ Dei Josephæ Mariæ à Sancta Agnete, vulgo Agnese de Beniganim Sacræ Rituum Congregationi exposuisset, Ignatium Avinent Notarium Apostolicum Civitatis Valentiæ, jam deputatum pro actitatione Processus Apostolici, qui modo in dicta Causa compilatur in eadem Civitate, provectæ adeo esse ætatis, ut magna cum difficultate, & sine gravi incommodo transcribere nequeat acta ejusdem Processus, &

Testium depositiones, proindeque supplicasset, ut alius Notarius Apostolicus eidem subrogaretur, qui in Sessionibus Processus acta scribat, ipsotamen Notario deputato præsente Sacra eadem Congregatio, audito etiam Reverendo Patre Domino Cajetano Forti Fidei Promotore, ad relationem Emi, & Rmi Domini Cardinalis Albani Episcopi Sabinensis Ponentis rescripsit pro gratia juxta petita, & ad Reverendissimum Archiepiscopum Valentiæ, qui procedat ad deputationem, & subrogationem alterius Connotarii Apostolici, & approbari, qui suppleat vices Ignatii Avinent Notarii Causæ alias deputati, prævio tamen istius Consensu, & approbatione, nec non prævio consueto juramento de secreto servando, & ad effectum recipiendi, & scribendi examen, & depositiones Testium, aliaque peragendi ad Causam necessaria, cum præsentia tamen, interventu, & assistentia præmemorati Notarii actualis Causæ Ignatii Avinent, a quo postea omnia, & singula acta approbari, firmari, & legalizari debeant, prout in Literis remissorialibus; & non alias &c. si Sanctissimo Domino nostro visum fuerit. Die decimo septimo Septembris millesimo septingentesimo sexagesimo tertio.

Factaque deinde per me infrascriptum Secretarium de prædictis eidem Sanctissimo Domino Nostro, relatione, Sanctitas sua benigne annuit die vigesima quarta Septembris millesimi septingentesimi sexagesimi tertii.

Joseph Maria Cardinalis Ferroni Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

Die vigesima sexta Junii anno a Nativitate Domini millesimo septingentesimo sexagesimo secundo.

Num. 2. Mandatum Procuræ in Personam Illmi Domini D. Petri Ludovici Sanchez a Consiliis Regiis, & Secretis, nec non Valentini Regii Senatus Secretarii, ac Decurionis Civitatis Valentinæ *Proc. fol. 8. ter. & seq.*

In Dei nomine Amen. Sia noto a tutti, come Noi altre Reverende Madri Suor Giuseppa Maria di S. Anna Priora, Suor Maria Luisa del Corpo di Cristo sotto Priora; Suor Fruttuosa Maria della Santissima Trinità, Suor Maria Rosa dello Spirito Santo, Suor Marianna di S. Vincenzo Ferreri, Suor Maria Michela di S. Giuseppe, Suor Salvadora Maria di S. Antonio, Suor Marianna del Cuore di Gesù, Suor Teodora Maria di San Francesco Saverio, Suor Michela Maria di S. Ignazio, Suor Anna Maria di S. Rita, Suor Giuseppa Maria di S. Rafaello, Suor Vincenza Maria di S. Bonaventura, Suor Luciana Maria del Santissimo Sagramento, Suor Giuseppa Maria di S. Luigi Gonzaga, Suor Vincenza Maria della Concezione, Suor Rita Maria di S. Irene, e Suor Michela Maria di S. Agnese, tutte Religiose Coriste professe di questo Convento della Purissima Concezione Ordine Scalzo di S. Agostino della presente Villa di Beniganim radunate, e Congregate nel Parlatorio, o sia Grada di questo medesimo Convento, conforme abbiamo per uso, e costume di così congregarsi, ad oggetto di conferire,

e trat-

e trattare le cose toccanti, e appartenenti a questo nostro Convento, confessando, che siamo la maggiore, e più sana parte di quelle, che lo compongono, e in voce, e nome delle altre Religiose assenti, e delle future, per le quali prestiamo voce, e Cauzione de Rato, in forma che acconsentiamo a quanto qui si facesse; Di nostro buon grado, e di certa scienza col tenore della presente diamo tutta la nostra facoltà compiuta libera, piena, e bastevole, quale di ragione richiedesi, ed è necessaria, al Dottore in Sagra Teologia Gioacchino Manero Sacerdote Beneficiato nella Chiesa Parrochiale di questa Villa nostro Confessore Ordinario abitante della medesima Villa, e al Signor D. Pietro Luigi Sanchez del Consiglio di Sua Maestà suo Segretario con esercizio nello accordo, e Governo della Reale Udienza della Città di Valenza, e Governadore perpetuo della medesima, rispettivamente ivi abitanti, e commoranti ad ambidue uniti, a cadauno di essi separatamente, & in solidum, di sorta che ciò, che l'uno principiasse possa dall'altro proseguirsi, e terminarsi; ad oggetto che per Noi in nome nostro, e in quello di detto nostro Convento, e rappresentando il medesimo possono comparire, e compariscono alla presenza dell'Illustrissimo Signor Arcivescovo di detta Città, e Diocesi di Valenza, del suo Reverendo Ufiziale, e Vicario Generale, e ove convenga, e sia necessario, e ivi esibiscano le lettere Remissoriali, che abbiamo riportate dalla Sagra Congregazione de' Riti soura le Virtudi, e Miracoli operati da Dio Nostro Signore per Intercessione della Ven. Suor Giuseppa Maria di S. Agnese, la quale fù Religiosa di questo nostro Convento, supplicandoli, che vogliono accettare le accennate lettere Remissoriali, e procedano alla di loro esecuzione, facendo, e praticando tutto ciò, che nelle medesime si previene, e commanda, di forma che possano fare quello stesso, che Noi altre faremmo, se fossimo presenti; In tale guisa che per mancanza di Facoltà, e Procura non tralascino di eseguire alcuna cosa, giacche per tutte le riferite cose le diamo, e concediamo loro con libera, franca, e generale Amministrazione, rilevazione, ed obbligo, che noi facciamo di avere per fermo quanto in virtù di detta Procura si operasse, e praticasse; E colla Clausola di potere sostituire altra Persona, o altre Persone, tutte le volte, che volessero rivocare li sostituiti, e nominare altri di nuovo, i quali parimente rileviamo, *In fede di che* &c. stipoliamo la presente in questa medesima Villa di Beniganim, e nella Grada, o sia Parlatorio accennato nel predetto giorno Ventesimo sesto del mese di Giugno dell'anno mille settecento sessanta due; Essendo Testimonj il Dottore D. Giovanni Battista Tudela, e il Dottore in Sagra Teologia Francesco Giuseppe Cuquerella abitanti, e Commoranti in questa stessa Villa, Recepi Ego Vincentius Matheù Authoritate Apostolica Notarius, & in fidem hic meum, quo utor pono Sig✠num.

Num.

Num.	Nomen, Cognomen, Ætas	Inductio	Citatio	Juramentum	Examen
1.	Adm. Rev. Pater Præsentatus Ludovicus Vidal Sacerdos Prof. Ord. Prædicatorum annorum 68.	Die 9. Aprilis 1764.	Die 16. Maii 1764.	Die 18. Maii 1764.	Die 18. Maii 1764.
	Proc. fol. 241.	*Proc. fol.* 165., & *ter.*	*Proc. fol* 194., & *seqq.*	*Proc. fol.* 191. *ter.* & *seq.*	*Proc. fol.* 239. *ad* 258.
2.	Per-Illustris Dominus D. Carolus Tudela Nobilis incola Villæ de Beniganim annorum 79.	Die 9. Aprilis 1764.	Die 16. Maii 1764.	Die 18. Maii 1764.	Die 19. Maii 1764.
	Proc. fol. 259.	*Proc. fol.* 165., & *seq.*	*Proc. fol.* 194., & *seqq.*	*Proc. fol.* 192.	*Proc. fol.* 258. *ad* 273.
3.	Dominus Joseph Moscardò incola ejusdem Villæ annorum 76.	Die 9. Aprilis 1764.	Die 16. Maii 1764.	Die 18. Maii 1754.	Die 21. Maii 1764.
	Proc. fol. 274.	*Proc. fol.* 165., & *seq.*	*Proc. fol* 194., & *seqq.*	*Proc. fol.* 192. *ter.*	*Proc. fol.* 273. *ter.* *ad* 287. *ter.*
4.	Rev. Mat. Sor. Maria Ludovica Corporis Christi Monialis Prof. in Monasterio purissimæ Conceptionis d. Villæ ann. 78.	Die 9. Aprilis 1764.	Die 16. Maii 1764.	Die 17. Maii 1764.	Die 22. Maii 1764.
	Proc. fol. 288.	*Proc. fol.* 165., & *ter.*	*Proc. fol.* 187. *ter.*, & *seqq.*	*Proc. fol.* 183.	*Proc. fol.* 287. *ter.* *ad* 303.

Num. 3. Tabella Testium in Processu Examinatorum

Num.

Num.	Nomen, Cognomen, Ætas	Inductio	Citatio	Juramentum	Examen
5.	Rev. Mat. Sor. Josepha Maria à S. Anna Monialis professa ut supra annorum 74.	Die 9. Aprilis 1764.	Die 16. Maii 1764.	Die 17. Maii 1764.	Die 23. Maii 1764.
	Proc. fol. 303. *ter.*	*Proc. fol.* 165., & *ter.*	*Proc. fol.* 187. *ter.*, & *seqq.*	*Proc. fol.* 183. *ter.*	*Proc. fol.* 303. *ad* 320.
6.	Rev. Mat. Sor. Maria Agnes à Christo Monialis professa ut supra annorum 59.	Die 9. Aprilis 1764.	Die 16. Maii 1764.	Die 17. Maii 1764.	Die 24. Maii 1764.
	Proc. fol. 320. *ter.*	*Proc. fol.* 165., & *ter.*	*Proc. fol.* 187. *ter.*, & *seqq.*	*Proc. fol.* 183. *ter.*, *seq.*	*Proc. fol.* 320. *ad* 334. *ter.*
7. Primus ex Officio.	Reverendissimus Dominus D. Didacus Felix Ortiz, & Cebrian Canonicus Ecclesiæ Setaben., & S. Inquisitionis Commissarius annorum 62.	Die 24. Maii 1764.	Die 24. Maii 1764.	Die 25. Maii 1764.	Die 25. Maii 1764.
	Proc. fol. 335. *ter.*	*Proc. fol.* 206. *ter.*, & *seq.*	*Proc. fol.* 214. *ter.*, & *seqq.*	*Proc. fol.* 210., & *ter.*	*Proc. fol.* 335. *ad* 348. *ter.*
8. Secundus ex Officio	Illustrissimus Dominus D. Franciscus Colomer, Belvis, & Borxa Marchio de Colomer annorum 64.	Die 24. Maii 1764.	Die 25. Maii 1764.	Dic 26. Maii 1764.	Die 26. Maii 1764.
	Proc. fol. 349.	*Proc. fol.* 206. *ter.*, & *seq.*	*Proc. fol.* 214. *ter.* *ad* 216. *ter.*	*Proc. fol.* 213., & *ter.*	*Proc. fol.* 348. *ter.* *ad* 362.

Sacræ

Num. 4.
Epistola DD. Judicum Delegatorum responsiva ad Sac. Congregationem *Proc. fol.3., & tergo.*

Sacræ Rituum Congregationi.

Infrascripti Judices Delegati notum facimus, quod postquam oblatis nobis literis Remissorialibus pro conficiendo Processu super Fama Sanctitatis, Virtutum, & Miraculorum in genere Ven. Servæ Dei Sororis Josephæ Mariæ a S. Agnete vulgo la Madre Ynes de Beniganim, & servatis de jure servandis Vicarius Generalis Valentinus cum tribus Judicibus Delegatis se contulit in Villam de Beniganim, in eaque recepti fuerunt sex Testes inducti a Causæ Procuratore, & duo ex Officio interrogando eos primo super Interrogatoriis, & postea super Articulis, & de scientia, & Causis scientiæ, cæterisque Circumstantiis in similibus assuetis, quibus omnibus interfuit Fidei Sub-Promotor, & fecit Protestationes in dictis litteris Remissorialibus expressas, certificando dictos Testes esse Personas bonæ vitæ, famæ, & timoratæ Conscientiæ, eorumque dictis, & Depositionibus plenam fidem adhibitam, & ad præsens adhiberi in Judicio, & extra; in quorum fidem præsentem manibus nostris subscriptam fecimus Valentiæ in Aula Palatii Archiepiscopalis loco loci ad Audientias & Actus judiciarios destinato die Sabathi vigesima secunda Februarii millesimo septingentesimo sexagesimo sexto.

Andreas Archiepiscopus Valentinus.

D. Idelphonsus Milan de Aragon Major Præcentor Judex Delegatus Apostolicus.

D. Enricus de Castelvi, & Monsorio Judex Commissarius Apostolicus.

Loco ✠ Sigilli Archiepiscopalis.

Num. 5.
Testes deponentes de Ortu, Patria, & Parentibus Servæ Dei, ejusque Baptismo, & Confirmatione, nec non de pia Educatione, atque de Professione Religiosa.

§. 1.
Die 9. Februarii 1625. orta est Serva Dei in Villa Beniganim Diœcesis Valentinæ.

§. 2.
Ex honestis & piis Genitoribus.

§. 3.
A quibus summa pietate educata fuit.

I. *Admodum Reverendus Pater Præsentatus Ludovicus Vidal Sacerdos Professus Ordinis Prædicatorum annor. 68. Process. Fol. 244. ter. juxta Nonum Interrogatorium Respondit* = Che detta Ven. nacque in questa Villa di Beniganim nell'anno 1625. nel giorno 9. di Febraro in Casa de' di lei Genitori, la quale era situata nelle vicinanze di questa Chiesa, lo che esso sà per averlo letto nel *quinque libri* della Parocchia il quale conservasi nell'Archivio della medesima.

Et folio 244. *juxta* 10. *Interrogat. Respondit* = Che li Genitori della riferita Venerabile chiamavansi *Ludovico* Albinana, e Vincenza Gomar nativi della predetta Villa, poveri Agricoltori, di onesta vita, e costumi, Cristiani di antica stirpe, che perseverarono nella Fede Cattolica fino al fine della di loro vita, e in essa educarono li loro Figli, e specialmente Gioseppa Teresa, e che procurarono, che la medesima ricevesse li Sagramenti del Battesimo, e della Cresima, li quali essa ricevette in questa stessa Chiesa, ch'era la propria in quel tempo; Il Battesimo dalle mani del Licenziato Vincenzo Mora Sacerdote Vicario nel luogo, e giorno, rife- riti

§. 4.
Dies & Anni, quibus Serva Dei Baptismi, & Confirmationis Sacramenta recepit.

riti di sopra, e la Cresima nel giorno ventesimo quarto di Agosto dell'anno mille seicento trentatre dall' Illustrissimo Signore Don Vincenzo Clavaria Vescovo di Petra, e Visitatore di questa Arcidiocesi; lo che egli sa dal Titolo del Battesimo, e della Cresima, che hà letto nel *quinque libri* accennato di sopra.

§. 5.
Modestia, & bonorum operum exempla Servæ Dei in sua Adolescentia admirationem excitarunt suorum Directorum & totius Populi.

§. 6.
Dies, & Annus ejus ingressus in Religionem, in qua usque ad obitum in sanctis operibus perseveravit.
Causa scientiæ.

Juxta undecimum Interrogatorium = Respondit = che la Serva di Dio condusse sempre sua vita in questa Villa, prima nella Casa de suoi Genitori, e dopo la morte di questo, essendo stata lasciata di tenera età, fu trasferita alla Casa del dilei Zio Bartolomeo Tudela nella quale fece la sua dimora sino al giorno ventesimo quinto di Ottobre dell'anno mille seicento quarantatre, in cui entrò nel Monastero, continuando in esso sino alla dilei morte: Che il tenore della dilei vita fu molto modesto, ed esemplare, colla frequenza de' Sagramenti; e con ammirazione dei dilei Direttori, e Confessori, e di tutto il Popolo; che occupossi sempre nel lavoro delle proprie mani, per essere povera; e nella Religione trattenesi nelle occupazioni proprie di Religiosa di ubbedienza, e poscia Corale, nel che continuò sempre; E ciò egli sà per averlo sentito dire publicamente, e in specie da Suor Maddalena di San Giovanni Sorella Cogina dell'Avola del Testimonio, la quale la conobbe, e trattò per molti anni, da Lodovico Matheu, da Cecilia Pastor, e da Vincenzo Pastor, Madre, e Avo respettivamente del Dichiarante, tutti li quali la trattarono, e conobbero.

§. 7.
Ab adolescentia maximam opinionem & famam Sanctitatis acquisivit.

§. 8.
Eaque originem habuit a personis piis, doctis, & Nobilibus, & præcipue a suis Directoribus.

§. 9.
Atque eodem semper constans perseveravit usque ad obitum Servæ Dei, & usque in præsens absque ulla contradictione.
Causa scientiæ.

Juxta duodecimum Interrogatorium = Respondit = Che la fama, e opinione della vita, e de costumi della Serva di Dio sino dai dilei primi anni, fu di grande virtù, e santità, e che questa fama ebbe la sua origine, e principio da Persone discrete, prudenti, letterate, e nobili, specialmente dal Parroco Cloris, Canonico poscia di Valenza, il quale fu il dilei primo Direttore, e le ordinò accostarsi per la prima volta alla Communione: che questa fama fu stabile, e continuata fino alla morte della Serva di Dio e anche dopo di essa fino al presente, senza alcuno interrompimento non solamente in questa Villa, ma anche in tutto il Regno, e fuori di esso, senza essersi giammai sentita cosa in contrario; Lo che egli sà per la freguenza, colla quale ha trattato gli Abitanti di questa Villa, e di questo Regno, e per averlo parimente osservato.

IV. *Admodum R. M. Sor. Maria Ludovica Corporis Christi Monialis Professa in Monasterio Purissimæ Conceptionis Villæ Beniganim annorum 78. Proc. fol. 290.*

§. 10.
Dies, annus, & Locus Nativitatis Servæ Dei.
Causa Scientiæ.

Juxta nonum Interrogatorium Respondit. Che la Serva di Dio sortì gli suoi natali in questa Villa di Beniganim nella Strada volgarmente chiamata di San Michele nel giorno nono di Febrajo dell' anno mille seicento venticinque in Casa dei di lei Genitori; lo che essa sà per essere

te publico, e noto, e per avere dimorato pria dientrare nella Religione nella predetta Casa, e nel Quarto appunto, in cui nacque la Venerabile.

Juxta decimum Interrogatorium &c. Respondit, Che li Genitori della Venerabile si chiamarono Ludovico Albenana, e Vincenza Gomar Agricoltori poveri Cristiani di antica origine, di onesta vita, e costumi, abitanti di questa stessa Villa, che perseverarono fin al fine della loro vita nella fede Catolica, e che in essa educarono li di loro Figli, specialmente Gioseppa Teresa, che tal' era il nome della Venerabile Madre Agnese e che procurarono che la medesima ricevesse li Santi Sagramenti del Battesimo, e della Cresima; Lo che ella sà per essere publico, e noto, siccome anche per avere letto il Libro degl' Ingressi delle Religiose di questo Monistero, ove ritrovansi Registrate le Particole de Battesimi, la Padria, e li Genitori di tutte le Religiose, il quale libro è autentico, e si conserva, e custodisce nell' archivio del Monistero medesimo.

§.11. *Honesti, & pii Genitores ejusdem Servæ Dei eam Baptismi & Confirmationis Sacramentis muniri, & Christianis moribus imbuere curarunt.*

Causa Scientiæ.

Juxta undecimum Interrogatorium &c. Respondit, Che la Venerabile Madre Agnese dimorò sempre in questa Villa, pria nella Casa dei dilei Genitori, e dopo la morte di questi, nella Casa di Bartolomeo Tudela di lei Zio, che l'avea nella strada di Moncada, ove continuò la dimora fino a che entrò in questo monistero, conducendo in esso tutta la sua vita; Che li dilei esercizi regolari furon l'occuparsi nel lavoro delle proprie mani, e che il di lei stato fù di Donzella, e di Religiosa; Loche tutto sà, per averlo sentito dire da suoi Genitori, dagli Abitanti di questa Villa, e dalle Religiose del riferito Monastero, essendo fra tutti publico, e noto.

§.12. *Tenor Vitæ Servæ Dei in sæculo, eiusque ingressus in Religionem, in qua sanctè vixit.*

Causa Scientiæ.

Juxta duodecimum Interrogatorium &c. Respondit. Che la opinione, e fama della Vita, e dei costumi della Venerabile Serva di Dio fù sempre di Santità, e di Virtù, nel qual concetto fù tenuta fino da suoi primi anni dalle Persone più gravi, dotte, e prudenti, particolarmente dal Parroco della Chiesa Parrocchiale di questa Villa Dottore Giovanni Battista Cloris, il quale fù poscia Canonico della Chiesa Metropolitana di Valenza, primo Confessore della Venerabile, e indi dal Dottor Filippo Benavent, col quale la medesima parimenti si confessò, e da altri; essendo tutto ciò publico, e noto, e correndone publica voce, e fama.

§.13. *Bonus odor Sanctitatis Servæ Dei ab ejus adolescentia diffusus est a personis piis, & doctis, præcipue a suis primis Confessariis.*

De publica voce & fama.

V. *Admodum Rev. M. Sor Josepha Maria a S. Anna Monialis professa ut supra annorum 7. Proc. fol. 305. tergo &c.*

